



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Lvitprandi Ticinensis Diaconi Opvscvlvm, De Vitis Romanorvm Pontificvm**

**Liutprandus <Cremonensis>**

**Mogvntiae, 1602**

Cap. XIII. S. Soter.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11115**

dia diuinis vsibus tradita DEO subtrahere, & suis vsibus applicare <sup>12. q. 2. pradia.</sup>  
 præsumpserit, sacrilegus habeatur, & vt sacrilegus proculdubio iu- <sup>17. q. 4. c. sicut.</sup>  
 dicetur: nec non & illum, qui sacerdotes DEI insequitur sacrile-  
 gum esse, & vt sacrilegum iudicandum esse confirmat, quia omne  
 peccatum, quod in Deum committitur, grauius est, quàm illud <sup>b ep. 1. ad o-</sup>  
 quod fit in hominem. <sup>b</sup>Hic etiam instituit, vt quia angelus in habi- <sup>mnes fideles.</sup>  
 tu Pastoris Hermeti Doctore fidei & scripturarum apparens præ- <sup>De cons. dist.</sup>  
 cepit Pascha die Dominico ab omnibus Christianis semper cele- <sup>3. c. nosse vas.</sup>  
 bretur. Hic ordinauit Episcopos 12. presbyteros 19. diaconos 21.

CAP. XII.

S. ANICETVS.

A. CLXVII.

**A**NICETVS, natione Syrus, ex patre Ioanne de vico Vmisa, sedit  
 annos 11. menses 3. dies 3. Fuit autem temporibus Seueri &  
 Marci, à consulatu Gallicani & Veteris, vsq; ad præsentem & Rufi-  
 num. Hic martyr obiit, 15. Kal. Maii. <sup>a</sup>Hic sua auctoritate præcipit, <sup>a ep. ad Gallia</sup>  
 & auctoritate decretorum Analeti confirmat, ne aliquis Episco- <sup>Episc.</sup>  
 pus vllatenus minus, quàm à tribus Episcopis consecretur, & Me- <sup>66. distinct.</sup>  
 tropolitanus Episcopus ab omnibus suffraganeis sedis Metropolis <sup>c. Archiepisc.</sup>  
 ad ipsam Sedem conuenientibus est eligendus & consecrandus. Et  
 hoc aliter factum viribus carere non est dubium, quia quicquid cõ-  
 tra statuta Patrum præsumptum fuerit sine dubio licet non apud  
 homines, apud Deum tamen irritum erit. <sup>b</sup>Constituit etiam, vt nul- <sup>b ibid. c. 3.</sup>  
 lus Metropolitanus quicquam agat, de causis suffraganeorum Epi- <sup>9. q. 3. c. fran-</sup>  
 scoporum absq; præsentia & communi eorum consilio. Præcepit et- <sup>tem.</sup>  
 iam, vt clericis non liceat comam nutrire. Hic ordinauit Episco- <sup>Distin. 23. c.</sup>  
 pos 9. presbyteros 17. diaconos 4. <sup>prohibere,</sup>

CAP. XIII.

S. SOTER.

A. CLXXV.

**S**OTER, natione Campanus, ex patre Concordio, de ciuitate  
 Fundis. sedit annos 9. menses 6. dies 11. Fuit autem temporibus  
 Seueri, à consulatu Rustici & Aquilini, vsque ad Cethegum & Cla-  
 rum. Hic obiit 10. Kal. Maii. <sup>\*</sup>Hic constituit, vt nulla mulier sacra- <sup>\* ep. 2. ad Ep-</sup>  
 ta vel monacha sacra vasa vel sacratas pallas contingeret, nec incen- <sup>isc. Italia.</sup>  
 sum circa altare deferret. Hic ordinauit Episcopos 11. presbyteros  
 18. diaconos 9.